



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo  
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)



- 3 Domus est tutissimum refugium unicuique, ut nec in ea capi, nec ex ea extrahi debeat, et in qua domo hoc procedat, numero. g. & 16.  
Et in quibus debitoribus, nu. 14.
- 4 Idem est de Porticu domus, in quo debitor captus est ante omnia relaxandus, & sua libertati restituendus. Contra, num. 6. 11. & 16.
- 6 Captura aliis prohibita in domo proprie habitationis censetur a iure sub porticu ipsius domus permisa.
- 7 Domus appellatione quomodo porticus contineatur.
- 8 Citari in domo realiter, & uerbaliter quando quis possit.
- 10 Domus habitationis qua dicitur.
- 12 Aedes, & domus differunt.
- 13 In domo quid fieri, aut ad domum differt.
- 14 Debitor fugitiuus, & suspectus etiam in domo propria sua habitationis capi potest.
- 15 Debitores fugitiui, & de fuga suspecti in plurimis a debitoribus simplicibus differunt.
- 17 Hortus, & uiridarium pars domus esse, & domus appellatione contineri potest.

## E P I T O M E.

Debitorem maxime de fuga suspectum recte, & ualide potuisse sub porticu domus, & praesertim rurestris capi, hic probatur.

## C O N S I L I U M X I.

- M** TRUM debitor de fuga suspectus captus ad instantiam creditorum sub porticu domus suae, ut asseritur, sit ante omnia tanquam priuim sua libertate spoliatus relaxandus, nunc in dubium uertitur. & hoc ex pluribus dicendum uideretur, & primo, nam quoties captura, & carceratio fuit indebita, & iniuste ex parte iudicis, seu eius familiae facta, ut quia debitor fuerit captus in loco, in quo de iure capi non poterat, puta in ecclesia, uel in domo, uel in alio loco, iuxta l. nemo. de domo. ff. de regu. iuris, & l. plerique. ff. de in ius uocan. cum si. tunc si talis uolentia in uim compulsuam non cadit, sed remanet in puris terminis uolentiae spoliatiuae, ipse captus est ante omnia suae pristinae libertati restituendus, nulla exceptione obstante, quia spoliatus sua libertate est ante omnia restituendus, nec ulla iusta exceptio opponi potest, quare non sit restituendus. l. 2. C. si priuim, uel in alio modo, & argu. l. si quis a se fundu. C. ad l. iul. de ui pub. Dy. in c. qui ad agendum. de regu. iur. in 6. bonus tex. in l. si quis liberum. ff. de probat. & l. ius eius. C. eo. tit. & ita determinat Bar. in q. sua inci. Lopus in solutione quaestionis circa medium: sed in praesenti casu debitor fuit iniuste, & indebita captus ex parte familiae ipsius iudicis, quia captus, & extractus fuit de porticu domus suae, qui dicitur esse pars domus, & de eo iudicatur, ut de domo iuxta ea, quae habentur per Bar. in l. quod conclaue. ff. de damno iniur. & ibi ceteri scribent. c. si quis contumax. & cap. si quis in atrio. 17. q. 4. Spec. & ibi Ioan. And. in §. 1. in tit. de iniur. in uer. pone. & habetur per Cardin. in clem. 1. §. ciuitas. q. 7. de poenis, ergo & c. Praeterea sicut in domo dicitur esse tutissimum refugium unicuique, ut quis nec in ea capi, nec ex ea extrahi debeat, alioquin tanquam spoliatus sua libertate est ante omnia restituendus, ut est tex. in d. l. plerique. cum ibi not. d. l. nemo de domo. & l. lex cornelia. §. domum. ff. de iniuriis cum sim. ita & porticus ipsius domus ad eo, quia captus in porticu tanquam captus in domo est ante omnia relaxandus, & sua libertati restituendus, ut fuit de mente Bal. in rub. ff. solut. matr. in l. quidam hyberus. & ibi do. Floria. ff. de seruit. urba. praedio. & Specul. in titu. de iniuriis. in §. 1. uer. pone. & ibi Io. And. in additio. magna in fi. qui sentiunt, quod porticus domus, cuius solum sit priuatum, dicitur de domo eiusque appellatione ueniat, ita quod sicut ex domo quis iniustus

- non potest extrahi, ita nec ex tali porticu: & ita est de mente Ioan. And. ibi circa fi. dum allegat tex. in d. l. nemo ex domo. Ultimo extat statutum positum sub rub. de praecipis fiendis confessis, uel conuictis in §. mandantes. il. 1. quo cauetur, quod quis pro debito capi non possit, nec extrahi, in & de aliqua domo, uel horro, uel uiridario ipsius domus, uel apotheca sua, uel alterius, & captura in contrarium facta sit ipso iure nulla, & sic captus debeat incontinenti relaxari. ¶ Praemissis tamen non obstantibus, contrarium in casu, de quo agitur, arbitror esse concludendum, quod captura facta sub porticu dictae domus ualeat, & captus non sit relaxandus, nisi praesita satisfactio de iudicio facti, & iudicatum solui, prout adhuc effectum solum dicta citatio personalis, seu captura facta fuit, quoniam captura, quae alias in domo propriae habitationis est prohibita iuxta d. l. plerique. & d. l. nemo ex domo censetur a iure permisa sub porticu ipsius domus, ut doct. magis coeter uidentur concludere in d. l. plerique. ubi Ang. hoc expressè tenuit, & ibi Pau. de Castr. Alex. & alii, idemque expressa uolunt Alex. Ioan. de Imo. Paul. de Castr. & alii l. cetera. §. hoc senatus. ff. de leg. 1. post Bar. ibi, qui dicit, quod appellatione domus non continetur proprie porticus, nisi ex quadam extensione adeo, quod factum in porticu non dicitur factum in domo: & ex hoc inferunt ad casum quaestionis nostrae, quod captura personae facta in porticu ualeat. Praeterea quod domus praebet aditum ad se ex publico, tunc potest in domo realiter, & uerbaliter citari, ut est tex. in l. factisq. ff. de in ius uocan. & d. stando in porticu, ad quem potest haberi aditus ex publico, & qui non est sub una, eademque claustra cum ipsa domo, dicitur aditum ad se subuisse, ergo ibi realiter, & uerbaliter citari potuit.
- 9 Rursus id, quod dicitur, domum esse tutissimum refugium, & receptaculum, debet intelligi de domo habitationis propriae, quoniam ex domo habitationis propriae, siue domus sit propria, siue conducta, siue gratis data, quis inuitus extrahi non potest, & ita proprie debet intelligi d. l. plerique. & d. l. nemo cum si. ut tenent, & declarant doc. Bar. Barb. Ang. Alex. Paul. de Castr. & alii in d. l. plerique. nec sufficeret domum esse propriam alicuius, nisi in illa habitationem haberet. & ideo si in domo propria, in qua alius habitaret, esset captus, non diceretur captus in domo propria, nam intelligitur de domo respectu habitationis, non aut respectu dominij, ut colligitur ex ijs, quae not. uoluit Bar. in l. nec in ea lege. ff. ad l. iul. de adult. habetur per moder. in d. l. plerique. & facit tex. in d. l. lex cornelia. §. domum. ff. de iniur. ubi factum in domo propria, in qua dominus non habitabat, sed colonus paritarius, uel qui nummis colebat, non dicitur factum in domo ipsius domini, sed coloni: & si habitare quis dicitur in ea domo, in qua pro maiori parte temporis anni manet, seu habitat cum familia causa ibi manendi. l. si quae ita. & ibi Bar. ff. de condit. & demonst. Bart. in l. c. de lanionis. §. sabinus. ff. de fundo instruc. iunctis no. per eundem Bar. in l. si mulieri. ff. quibus mod. usus fruct. amitta. & l. 1. §. habitare. ff. de his, quae deiece. uel effud. in tantum, quod si quis ad tempus, uel casu fortuito, & non animo habitandi pro maiori tempore in domo rurestri habitaret, ut per pestem, non diceretur ibi habitare, seu talis domus appellatione habitationis domus non contineretur ad tradita per Bal. in l. 1. r. de statu hom. & per Alex. in d. §. habitare. sed dictus debitor captus fuit in porticu domus rurestris, in qua colonus stabat, & habitabat, & in qua ipse debitor, pro maiori parte temporis anni maxime cum familia non stabat, nec habitabat, ergo & si esset captus in dicto porticu, seu in domo illa, tamen relaxari non deberet, quia cum domus illa non sit domus habitationis ipsius debitoris, non debet suum tutissimum receptaculum, seu

seu refugium dicitur & posito ad hac, non tamen concessio, quod domus illa fuisset domus propriae habitationis debitoris, tamen ex quo debitor fuit captus sub porticu, qui sub una, eademque clausura ipsius domus non claudebatur, sed erat porticus undique aptus, nec sub aliqua clausura praeterquam domus, non dicitur appellatione domus contineri, nec factum in dicto portione potest dici factum in domo per d. l. caetera. §. hoc fenatus. & ibi Bar. & alii, & in terminis per Pau. de Cast. in d. l. plerique. in ver. sed quid si est in porticu, quoniam tunc porticus dicitur pars domus, & appellatione domus potest contineri, quando est sub eadem clausura iuxta ea, quae habentur per Bar. & alios. in d. l. quod conclauae. ff. de damno in fec. & faciunt no. per Bal. i. rub. ff. sol. mar. in l. i. §. interdictum. ff. de cloacis. & per Alex. in d. §. hoc fenatus. cum aliis ibi per eum post Bart. allegatis, qui facit differentiam inter caedes, & domum appellatorem ad iudicium in dicto porticu continetur, sed non appellatione domus, sicut etiam est differentia, an quid fiat in domo, an ad domum, nam primo casu factum in porticu non dicitur factum in domo, sed bene dicitur factum ad domum, ut per Barr. in l. qui dam hyberus. & ibi D. Floria. ff. de seruit. urb. praedio. & in l. meminisse. ff. de offi. proc. sol. eum si. Sed in casu nostro porticus non est sub clausura domus, & maxime domus habitationis, ergo & c. Praterea forte et attentari possit, quod ratione fugae, & suspicionis debitor capi possit etiam in domo propria sua habitationis iuxta illud, ubi te inuenero, ibi te iudicabo, ut est de mente gl. in l. i. C. ubi quis decurio. quam ad propositum allegat d. Io. Bap. Caccialupus in suo tract. de debitore suspecto. in 7. q. principali, quod concludit, fugituum posse capi, ubicunque fuerit inuentus, nam in fugituum iustificatur illud, ubi te inuenero, ibi te iudicabo, & contra debitorem fugituum, maxime decoctum, & ut uulgo dicitur, fallitum, qualis est iste, prout praesupponitur, omnia iura clamant, tamen si est tradendus creditoribus lacerandus, ut per plura ostendit praefatus d. Io. Bap. in d. tract. in 1. q. in ult. col. & iura dicentia domum debere esse tutissimum refugium, & receptaculum, loquuntur respectu debitoris simplicis non fugitui, neque falliti, differunt enim multum, & in plurimis debitoribus fugitiui, & suspecti de fuga ab aliis debitoribus, & sunt longae detentionis conditionis, quam sint alij, ut colligitur ex ijs, quae habentur per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exco. trib. lib. 10. iunctis no. per gl. in l. f. C. de feriis cum si. §. et quoniam haec uideretur opinio magis communis, quod debitor possit capi sub porticu domus, ut ex praedictis apparet, in ea confirmanda ulterius non insisto, cum a communi opinione non sit in iudicando recedendum, sed aliquantulum, & breuiter respondendo adductis supra in praedictis dico in primis non ob stare, quod captura fuerit iniuste facta respectu iudicis, seu familiae suae, ex quo facta fuit sub porticu domus, nam ex praedictis ratio colligitur, captura. n. in casu nostro fuit recte, & recte facta respectu partis, quae respectu iudicis, quoniam sub porticu fieri potuit, tunc quia porticus non continetur appellatione domus, tum quia porticus non continetur sub clausura ipsius, tunc quia illa domus non erat habitatio propria debitoris, tunc et ex alijs supra deductis & maxime quod doct. eodem tenent, quod debitor sub porticu domus de iure capi possit, ut latius dictum fuit. Non obstant no. per Jo. And. in addit. ad Spec. in tit. de in iuris, quia ipse debet intelligi secundum praemissa, uide licet quod porticus esset pars domus, ut quae esset sub clausura ipsius. Itaque loquitur, quando esset porticus domus propriae habitationis, ut latius supra dixi: & ita et debet intelligi ea, quae dicit doctores tenentes porticum esse de domo. Non obstant statutum praedictum de praecipis fideis,

& c. quia illud loquitur de debitore, quem executio debiti petere ratione confessionis, seu liquidationis debiti, ut colligitur ex rubro, & nigro illius statuti, non autem de debitore fugituo, & suspecto de fuga, ut satis aperte ex uerbis statuti constat. Praterea statutum illud non prohibet debitorem posse capi in porticu, quoniam phibeat posse capi in orto, & uiridario domus, quoniam orto, & uiridarium potest esse pars domus, seu appellatione domus continetur, ut per Bar. in l. praedictis. §. balneas. & per totam legem ff. de leg. 3. unde etiam de iure communi debitor possit sub porticu capi, ut doc. ferè oēs concludunt, sequitur, quod per illud statutum, quod non loquitur de porticu, sed de orto, & uiridario, non dicitur sublata illa communi doctrina, & decisio doctorum, arg. l. iubemus. C. de restam. & l. precipimus. C. de appellat. & ita ex praedictis concludo, capturam fuisse ualidam, non obstantem, quod facta fuerit sub porticu domus rusticis, in qua debitor non habitabat, capi deo habitatione, prout in iure capit, & in quod est de mente text. & doct. in d. l. plerique.

S V M M A E.

- 1 Creditor petens capturam debitoris sui suspecti, & fugitui quomodo, & qualiter iurare debeat, & nu. 2. & 7.
- 3 Captura debitoris suspecti debet de mandato iudicis, & per illum, cui iudex mandauit, & non per alium fieri.
- 4 Debitor de fuga suspectus captus debet iudici presentari, & non ad carceres duci, & quando hoc sit uerum, nu. 9.
- 5 Captura debitoris facta pro maiori summa, quam esset debitor, est nulla, & an pro quantitate debita, & liquidata sublineatur, nu. 11.
- 6 Captura debitoris suspecti, & fugitui non committitur, nisi contra non possidentem immobilia: & an id sit uerum, nu. 13. & 14.
- 7 Iuramentum quando a notario actorum nomine iudicis delatum esse sufficiat.
- 8 Notarii actorum error in omittendo scribere aliquid, quod communitur, & secundum communem praeticam notariorum apponi solet, paribus non nocet.
- 10 Debitor ex facto iudicis, & familiae suae tantum captus iniuste, non debet relaxari in praedictum creditoris, qui iniuste processit, & creditum suum liquidauit, sed captura, si petatur, debet confirmari.
- 12 Haereditum nomen quandoque stat demonstratiue, non autem substantialiter, ut si tanquam haeredes teneantur.
- 13 Captura debitoris suspecti etiam ex alijs causis conceditur, quam ex eo quod debitor immobilia non possideat.
- 14 Conceditur etiam contra possidentem immobilia, sed non sufficientia pro satisfactione debiti.
- 15 Captura debitoris suspecti, quae propter aliquam a creditore omiffa denegari potuisset, sublineatur, si postea creditor illam iniusticia uerit.

E P I T O M E.

Captura debitoris suspecti, & fugitui ad instantiam creditoris facta a multis hic oppositis defenditur, & sublineatur.

C O N S I L I V M X I I.



APTURAM, de qua in praesenti causa agitur, fuisse iniustam, & inualidam, & consequenter Albertum debitorem captum pro suspecto de fuga esse relaxandum, ex pluribus allegatur, & primo quia iuramentum, per quod ab initio debitum, & suspitio probata fuerunt, non fuit ab ipso iudice delatum, sed creditor, ad cuius instantiam captura, seu citatio realis commissa fuit, ultero iurauit; & in his terminis iuramentum est a iudice creditori deferendum, alioquin nullam fidem facit, & nullius est ualoris. l. 3. in princ. & in §. si. ibique Bal. ff. de iureiuran. & habetur per D. Ioan. Bap. Caccialupum in suo tractatu de debitore fugituo in 6. quaest.

- 1 in princ. 6. colum. Secundo ex eo, quod non fuit iuratum in forma, & illo modo, quo debuit contra debitorem iurari, nam iuratum fuit debitorem esse, & esse